

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Franz Wolf David Lohtsack

Collegii Theologici Disputatorii, Disputatio Prima De Theologia

Rostochii: Richelius, 1696

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740902482>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 30. Sept. 1696

Wolf, Francisco



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn740902482/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740902482/phys_0002)

DFG

~~I. N. J.~~

**COLLEGII THEOLOGICI
DISPUTATORII,
DISPUTATIO PRIMA
DE
THEOLOGIA,**

^{Qvam}
adspirante DEIT. O. M. gratia, consensu
Pl. Rev. Facult. Theol.

PRÆSIDE
FRANCISCO WOLFIO,

TH. D. & P. P. Collegii Senatorii Seniore,
Pastore ad D. Mariæ & R. Min. Rostoch.

Directore,

publico Eruditorum Examini
IN ACROATERIO THEOLOGORUM

subjecturus est

M. DAVID *Rothsack*/
Stetin.



ROSTOCHII,
Typis JACOBI RICHELII, Ampliss. Senat. Typogr.
Anno 1696. d. 30. Sept.

16
COPERNICUS IN HISTORIA
SOLARIS
ADDITIONES
ALIAS
TITULUS
HISTORIA
PRÆLATIONIS
URANIGRADO MOLFO
IN AGRO LATERO THEOREMATA
VANAS
ROSSTOCHE



§. 1.

Heologia vi vocis notat *Nōn vidi tū*
§. 2. Ut vero à Theologiâ homo
vocetur Theologus, ex usu loquendi
non sufficit qualsicunque de DEO &
rebus divinis cognitio, qualis etiam
cadit in idiotas, sed requiritur accu-
rator illa & habitualis, qua DEum &
res divinas cognoscimus, eas alias docere, confirmare &
defendere possumus.

§. 3. Quæ dogmata tradit, probat & defendit falsa, ea
nomen Theologiæ absolute & propriè loquendo non mere-
tur, sed non nisi impropriè & cum addito alienante vocatur
Theologia falsa. Ut aurum falsum non est aurum, nechô-
mo mortuus homo, ita nec theologia falsa est theologia.

§. 4. Sola igitur Theologia vera est Theologia.

§. 5. Sicut autem Deus omnium perfectissimam sui re-
rumque divinarum habet notitiam, ita & perfectissimo mo-
do Theologia est in DEO, ceterum non ut habitus sive Acci-
dens, sed cum ipsa essentia DEI est identificata, adeoque DEO
realiter est essentialis.

§. 6. Quatenus vero hæc in DEO Theologia, sui
que cognitio, est exemplar quoddam, ad quod omnis Theo-
logia creaturarum intelligentium est conformanda, quæ-
que tunc demum vera, quando huic exemplari, quod

in DEO est, conformis, eatenus dicitur Theologia $\Delta\chi\epsilon\tau\pi\zeta$ sive exemplaris. Et illa Creaturarum, qvæ ad hoc Exemplar in DEO est expressa, dicitur Theologia $\epsilon\kappa\tau\pi\zeta$.

§. 7. $\Delta\chi\epsilon\tau\pi\zeta$ illa datur in DEO per essentiam, & in humana Christi natura per Unionis gratiam, qvamvis & in eâ $\epsilon\kappa\tau\pi\zeta$ locum habeat in gradu eminentiori.

§. 8. In aliis Creaturis $\Delta\chi\epsilon\tau\pi\zeta$ locum non habet, sed sola $\epsilon\kappa\tau\pi\zeta$.

§. 9. Sed missâ ab hoc loco Theologiâ exemplari, sequestrata etiam Theologiâ $\kappa\alpha\tau\pi\omega$ Angelorum & hominum jam beatorum, qvos comprehensores vocant, agemus de Theologiâ hominum viatorum præcipue post lapsum, sive hominum peccatorum.

§. 10. Hi cognoscunt DEum & res divinas, eas docent probant & defendunt ex dupli lumine aut (1) ex lumine naturæ aut (2) ex lumine gratiæ sive revelationis divinæ. Lumen naturæ est habitus mentis lumini analogus, homini ad cognoscendum de lege naturæ relictus beneficio cuius per se nota apprehensis terminis sine omni discursu ilico innescunt & etiam conclusiones ex naturæ & rationis principiis deducunt & cognoscuntur.

§. 11. Habitus Theologiæ ex lumine naturæ pendens dicitur Theologia naturalis. Qui vero pendet à revelatione divina, dicitur Theologia revelata & supernaturalis.

§. 12. Theologiam naturalem distingvunt in insitam & acquisitam.

§. 13. Insita non dicit nudam meramque potentiam cognoscendi DEum, sed præter potentiam importat perfectionem illam, cuius beneficio apprehensis terminis statim intellectus immediate & sine discursu, aut expectatâ alia qvadam probandi ratione, ad propositionis alicujus de DEO assensum se determinare potest v. g. ad hujus : DEus est.

Hanc

Hanc perfectionem intellectus vocare solent nunc lucem ingenitam vel naturā insitam; nunc lumen qvoddam intelligibile, nunc lucem & notitias divinitus sparsas in mentibus nostris, & qvia per modum habitus perficit intellectum eiq; constans in hæret, vocant etiam notitiam habitualem natura insitam sive innatam , dispositionem , perfectionem habitui *ανάλογον*.

§. 14. Acquisita est qvæ non immediate, & ex solâ illâ intellectus perfectione habetur, sed aliunde demum comparatur & acquiritur v. g. ex testificatione hominum , qui DEum credunt, invocant, per eum jurant, eum testem & judicem advocant. Vel etiam ex intuitu hujus universi per consequentiam pronam etiam simplicioribus obviam. Vel denique ex intuitu hujus universi per certas demonstraciones ex natura petitas aliquid de DEO docent , confirmant & contra Atheos defendunt. Ubi triplex solet enumerari via (1) causalitatis , ubi ex effectibus demonstratur prima omnium causa Deus , & certa DEI attributa (2) eminentiæ & perfectionis, ubi ex perfectionibus creaturarum colligitur, similes, & qvidem longè eminentiori modo, esse in Creatore (3) negationis , ubi imperfectiones in Creaturis comprehensas à perfectissimo Ente DEO removemus.

§. 15. Est vero naturalis illa Theologia imperfectior & ad salutem insufficiens, qvia nec medium reconciliationis cum DEO certum suppeditare, nec cultum DEI perfectum præscribere potest aut præstare.

§. 16. Hinc missâ etiam naturali Theologiâ agemus de revelatâ. Unde etiam ea qvæ ex lumine naturæ, vel planè non, vel etiam non satis innotescunt omnibus, hauriri possunt & debent.

§. 17. Dicitur verò hæc Theologia revelata non ob qualemcumq; cujuscumq; manifestationem factam. Ita enim

enim & naturalem Theologiam DEus manifestavit Rom. i.
vers. 19. 20. Sed propter specialem qvandam & supernatura-
lem revelationem, qva manifestavit hominibus DEus partim
ea, qvæ etiam ex lumine naturæ possunt innotescere v. g. DE-
um esse, DEum esse unum, bonum, justum &c. partim e-
tiam res latentes & occultas, qvæ ex lumine naturæ prorsus
innotescere nequeunt v. g. mysteria fidei.

§. 18. Qvibusdam DEus immediatè revelavit ea qvæ
prædicarent & scriberent v. g. viris Θεοπνέυστις 2. Petr. i. 21.
& inde horum Theologia dicitur immediatae ελάμψεως. Qui
vero vel ex ore vel ex scriptis horum Θεοπνέυστων suam hause-
re vel hauriunt theologiam, horum Theologia dicitur me-
diatae ελάμψεος. Qualis est nostra, qvam ex S. Scriptura tan-
qvam verbo immediatè revelato haurimus.

§. 19. Est igitur nostra Theologia revelata. Habi-
tus practicus è Scriptura revelata ea omnia tradens, qvibus
homo peccator ad vitam æternam pervenire potest.

§. 20. Qui scientiam practicam vocant, non volunt,
ex principiis per se notis & evidenteribz eam conclusiones
deducere & demonstrare sed tantum eam ex principiis cer-
tis conclusiones certas inferre, & sic demonstrationes con-
ficere. Quid enim Scripturâ revelatâ à DEO certius esse
potest?

§. 21. Dicitur practica, qvia omnes ejus conclusio-
nes sunt practicæ i. e. præscribentes qvid agendum vel omit-
tendum, si non formaliter, saltem virtualiter.

§. 22. Finis Theologiæ internus est res revelatas ac-
curate cognoscere, explicare, confirmare & defendere.
Externus contra distinguitur in intermedium & ultimum.
Intermedius est fides, cuius fructus sanctimonia vitæ.
Ultimus est salus æterna hominum, sive fruitio DEI æ-
terna.

§. 23. Sub-

§. 23. Subjectum operationis qvod per fidem ad fruitionem DEI perducendum, est homo peccator.

§. 24. Causa efficiens, qvæ ideo Scripturam revelavit ut homo peccator per fidem salvetur, est Deus trinus. Impulsiva interna est ejus bonitas, externa meritum Christi Rom. 3--24. Sed fide apprehensum Ephes. 2--8. qvæ fides per verbum & Sacra menta producitur & confirmatur Jac. 1. 21. Tit. 3. 5.

§. 25. Objectum Theologiæ constituunt omnia in Scripturis à DEO revelata, qvæ solent distingvi in credenda & agenda. Credenda alias vocantur Articuli fidei, qui non uno modo rursus distingvuntur. Credenda & agenda dicuntur objectum materiale: revelatio vero eorundem dicitur objectum formale qva voluntas hominum piè afficitur & pulsatur ut assensum fidei divinæ intellectui imperet.

§. 26. Articuli fidei distingvuntur in puros & mixtos. Mixti sunt qui ex lumine naturæ & ex revelatione cognosci possunt. Puri contra qui non nisi ex revelatione supernaturali innotescere possunt.

§. 27. Deinde distingvuntur in fundamentales & non fundamentales.

§. 28. Fundamentales dicuntur qui salvâ fide & salute vel non ignorari vel certe non negari possunt. Res illa cui fides innititur dicitur fundamentum reale & substantiale fidei, estq; Christus nostræ salutis causa. Doctrinæ verò de Christo qvæ Salvâ fide & salute nec negari nec ignorari possunt, dicuntur fundamentum fidei dogmaticum.

§. 29. Fundamentales distingvuntur in primarios & secundarios. Primarii sunt, qui Salvâ salute nec negari nec ignorari possunt: secundarii sunt qui Salvâ salute negari nequeunt, si vel maxime Salvâ salute ignorari queant.

§. 30. Ar-

§. 30. Articuli fidei non fundamentales sunt qvi Salvâ salute & ignorari & negari, vel certè in utramqve partem disputari possunt.

§. 31. Et hinc Theologia revelata est habitus supernaturalis, qvi producit assensum fidei supernaturalem. Et qvamvis hodiè non in momento infundatur habitus Theologiæ, sed aëtibus præviis gratiæ viribus elicitis & per operationes Spiritus Sancti comparetur, tamen recte vocari potest habitus *θεοστότος*, qvia non propriis hominis viribus, sed per gratiosum Spiritus Sancti concursum demum acqviritur.

§. 32. Methodo utemur, qvam Antecessor noster Dn. D. König in præfatione ad Lectorem accuratissimam & ob continuam articulorum cohæsionem memoriae discen-
tium apprimè accommodam judicavit, nempe ana-
lyticâ, visuri (1) qvæ ad finem (2) qvæ ad sub-
jectum operationis (3) qvæ ad causas &
media pertinent.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn740902482/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740902482/phys_0011)

DFG

§. 23. Subjectum operationis qvod p
tionem DEI perducendum, est homo pecca

§. 24. Causa efficiens, qvæ ideo Scri
vit ut homo peccator per fidem salvetur, es
Impulsiva interna est ejus bonitas, externa
sti Rom. 3--24. Sed fide apprehensum Ep
des per verbum & Sacra menta producitur
Jac. 1. 21. Tit. 3. 5.

§. 25. Objectum Theologiæ constituui
pturis à DEO revelata, qvæ solent disting
agenda. Credenda alias vocantur Articul
uno modo rursus distinguntur. Creden
tuntur objectum materiale: revelatio vero
tum objectum formale qva voluntas hominu
pullatur ut assensum fidei divinæ intellectu

§. 26. Articuli fidei distinguntur i
tos. Mixti sunt qvi ex lumine naturæ &
cognosci possunt. Puri contra qvi non n
supernaturali innotescere possunt.

§. 27. Deinde distinguntur in fund
fundamentales.

§. 28. Fundamentales dicuntur qv
lute vel non ignorari vel certe non negari
illa cui fides innititur dicitur fundament
stantiale fidei, estqvè Christus nostræ sal
etinæ verò de Christo qvæ Salvâ fide &
nec ignorari possunt, dicuntur fundame
maticum.

§. 29. Fundamentales distinguntu
secundarios. Primarii sunt, qvi Salvâ
nec ignorari possunt: secundarii sunt qvi
ri nequeunt, si vel maximè Salvâ salute i

